

theologische Studien pflegten und früher oder später in den dem Konvent angehörigen Patronaten eine Pfarrstelle fanden.

Im Jahre 1698 errichtete Propst Philipp Müller im Kloster ein Gymnasium und Alumnat, die im stetigen Wachstum begriffen unter "Vater Rötger" (1781-1831) eine seltene Höhe erreichten. In der Mitte des 19. Jahrhunderts entstand überdies ein Kandidaten-Konvikt, wo eine kleine Zahl Studierenden theologisch-wissenschaftlich weitergebildet und für praktische Lehramstätigkeit vorbereitet werden. Bei der Umwandlung des Klosters in eine philologische Unterrichtsanstalt haben jedoch die Patronate ihren innerlichen Zusammenhang mit dem Konvent grösstenteils eingebüsst. Trotz alledem aber hat die Stiftung den Namen "Unser Lieben Frauen Kloster" beibehalten und der Direktor des Pädagogiums führt heute noch den alten historischen Titel Propst.

Eine aus grosser Sachkenntnis und liebevollem Gedenken hervorgegangene Studie über die kunstgeschichtliche Bedeutung der Marienkirche und der andern Baudenkmäler des Klosters bietet wieder einen neuen Beleg, dass die Prämonstratenser keine eigentliche Bauschule wie etwa die Cistercienser entwickelten. Das U. L. F. Kloster, dessen grosszügige Anlage unzweifelhaft auf den Bauwillen Norberts zurückgeht, zeigt deutlich eine Mischung von norditalienischen, französischen und hirsauischen Elementen.

Der letzte Aufsatz brachte eine überaus reiche Bibliographie zur Geschichte der Propstei. Auf S. 268 jedoch behauptet der Verfasser, dass von Scholz' *Vita S. Norberti* nur der erste Teil erschienen sei. Bei Max Heimbucher, *Die Orden und Congregationen der katholischen Kirche*, II. 2 (Paderborn, 1907), S. 52 lesen wir aber, dass ein zweiter Teil i. J. 1874 in Neustadt herausgegeben worden sei.

Abtei von Berne in Heeswijk (Holland). H. Th. HEIJMAN

* * *

Cyrillus Straka, O. Praem., *Svatojanské proudy a zplavnení horní Vltavy. Na Zaklade archivnich*. N° 68 ex Publicationibus Academiae Cechicae scientiarum et artium. Praeae, 1924.

Vere tempestiva est publicatio Cyrilli Straka, Prioris et bibliothecarii Strahoviensis Praeae, sub titulo "Svalojské proudy" — Cataractae Scti Joannis Nepomuceni et navigabilitas Superioris Moldavae. — (Disputationes Bohem. Academiae scientiarum et artium, 1924, n. I. 68, pag. 96 et 2 illustr.), quae diversorum cona-

tuum successum in fluminis Moldavae regulatione, praesertim in territorio cataractarum S. Joannis enarrat. Auctor pro hocce studio usus est partim correspondentia Crispini Fuk, abbatis Strahoviensis, cui prae caeteris adnumeranda sunt merita in navigabilitate Moldavae praestita, partim d. Joannis Christophori Borèk, inspectoris navigationum, manuscripto, cujus nomine varia tentamina in melioratione contemporanei status oeconomici ineunte saeculo XVIII sunt conjuncta. Primae mentiones de Moldavae navigabilitate occurrunt demum tempore regiminis Ferdinandi I Imperatoris, quando suscepti sunt nonnulli labores in eo flumine hac de causa, ut constans ac vilior commeatus salis ex Superiori Austria in Bohemiam per aquam fieret possibilis. Quoniam salis commeatus usque hoc tempus per currus exhibitus, pertinebat ad nobilium terrae ac civium quaestum, repugnabant status terrae hisce Ferdinandi I conatibus. Nonobstante tali impedimento continuabantur interea labores tempore Imperatoris Rodolphi II. Sed artificiose coeptum est navigationis opus demum anno 1640, quando abbas Strahoviensis Crispinus Fuk mirum in modum in navigationis operibus peritissimus ad tale opus ultro imperatorem Ferdinandum II adduxit. Assidui ipsius conatus ad optatum finem perduxerunt opus, quod abbas personaliter dirigebat ita, ut primus sollemnis per navim trajectus Praga Budvitium a. 1643 laudabili operationi imposuerit coronam.

Ex eo tempore omnes abbatis conatus ad id respiciebant, ut uterque flumen Moldava et Albis per totum suum decursum fieret navigabilis et Praegae magnum exstrueretur emporium, quod Pragae efficeret totius Mediterranei commercii in Europa centrum. Memorialia, quae abbas necnon d. Vogler, vir in commercii rebus peritissimus, Imperatori saepius porrigebant, provocabant, negotium hoc maximi esse pro Bohemia et adjacentibus provinciis momenti. Sed totum opus mansit solum in proposito. Labores in navigabilitate restringuntur abhinc tantum ad necessarias reparationes, ad extrahenda e flumine saxa, aedificationem aggerum, etc. Demum a. 1707, post subtilem dominorum Schlossgängl et Borèk explicationem, de novo secuta est reparatio talis, ut Moldava fiat non solum navigabilis, sed etiam omnino segura. Altercatio inter cameram aulicam et Status regni Bohemiae, ad quos expensarum solutio pertinebat, remorabantur quidem labores, quia Status solvere volebant, sed nihilominus peractae sunt anno 1718 amplae reparationes, quas d. Guilielmus de Glouchov recommendavit. — Straka non solum operum in Moldavae navigabilitate perficiendorum cur-

riculum describit, enarrans in quolibet casu singulas expensas, sed ostendit etiam, qualiter peracti labores correspondebant oeconomico statui hujus vel illius temporis, respective qualiter dependebant a fiscalibus argumentis. Plura cognoscet etiam lector de salis monopolio, vectigalibus et similibus. Optime descripta est profluvii et riparum fluminis Moldavae pars, urbis Pragensis necnon S. Joannis cataractarum imaginibus illustrata.

J. Kl., apud Casopis ceskych historiku
(Periodicum historicum Bohemicorum)
t. II, [1924], p. 383.